

Cicero richtet sich am Ende der zweiten Philippischen Rede – gehalten im Senat – mit einem leidenschaftlichen Appell an Marcus Antonius:

1 Ego de me ipse profitebor. Defendi rem publicam adulescens, non
2 deseram senex; contempsi Catilinae gladios, non pertimescam
3 tuos. Quin etiam corpus libenter obtulerim, si repraesentari
4 morte mea libertas civitatis potest. Etenim, si abhinc annos prope
5 viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse
6 consulari, quanto verius non negabo seni! Mihi vero, patres
7 conscripti, iam etiam optanda mors est perfuncto rebus iis, quas
8 adeptus sum quasque gessi. Duo modo haec opto, unum, ut
9 moriens populum Romanum liberum relinquam, alterum, ut ita
10 cuique eveniat, ut de re publica quisque mereatur.

Hilfen:

(1) profiteri: offen bekennen – **(2) pertimescere:** (sich) sehr fürchten – **(3) quin etiam:** ja sogar – **repraesentare:** verwirklichen – **(4) etenim:** und allerdings – **abhinc:** vor – **(5) viginti:** zwanzig – **immaturus:** vorzeitig, zu früh – **(6) consular, is m:** ehemaliger Konsul – **quanto:** (um) wieviel – **(7) perfungi (m. Abl.):** überstehen – **(8) modo:** nur – **(9) mereri de:** sich verdient machen um.